

Introitus

Esth 13:9; 13:10-11

In voluntate tua, Domine, universa sunt posita, et non est, qui possit resistere voluntati tuæ: tu enim fecisti omnia, cælum et terram et universa, quæ cœli ambitu continentur: Dominus universorum tu es

Ps 118:1

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

V. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

In voluntate tua, Domine, universa sunt posita, et non est, qui possit resistere voluntati tuæ: tu enim fecisti omnia, cælum et terram et universa, quæ cœli ambitu continentur: Dominus universorum tu es.

Oratio

Orémus.

Famíliam tuam, quæsumus, Domine, continúa pietate custodi: ut a cunctis adversitatibus, te protegente, sit libera, et in bonis actibus tuo nómini sit devota.

*P*er Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Lectio

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Ephésios

Ephes 6:10-17

Fratres: Confortámini in Dómino et in poténtia virtútis eius. Indúite vos armatúram Dei, ut póssitis stare advérsus insídias diáboli. Quóniam non est nobis colluctatio advérsus carnem et sánguinem: sed advérsus príncipes et potestátes, advérsus mundi rectóres tenebrárum harum, contra spirituália nequítiae, in cœlestibus. Propterea accípite armatúram Dei, ut póssitis resistere in die malo et in ómnibus perfécti stare. State ergo succíncti lumbos vestros in veritáte, et indúti lorícam iustítiæ, et calceáti pedes in præparatióne Evangélíi pacis: in ómnibus suméntes scutum fidei, in quo póssitis ómnia tela nequíssimi ígnea exstinguere: et gáeam salutis assúmite: et gládium spíritus, quod est verbum Dei.

R. Deo grátias.

Introitus

Esth 13:9-11

In Your will are all things, O Lord, and there is none that can resist Your will; for You have made all things, heaven and earth, and all things that are under the cope of heaven. Your are Lord of all.

Ps 118:1

Happy are they whose way is blameless, who walk in the law of the Lord.

V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Ghost.

R. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

In Your will are all things, O Lord, and there is none that can resist Your will; for You have made all things, heaven and earth, and all things that are under the cope of heaven. Your are Lord of all.

Collect

Let us pray.

Guard Your household, we beseech You, O Lord, with unceasing care, that under Your protection it may be free from all harm and serve You by good deeds.

*T*hrough Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost, God, world without end.

R. Amen.

Lesson

Lesson from the letter of St. Paul the Apostle to the Ephesians

Eph 6:10-17

Brethren: Be strengthened in the Lord and in the might of His power. Put on the armor of God, that you may be able to stand against the wiles of the devil. For our wrestling is not against flesh and blood, but against the Principalities and the Powers, against the world rulers of this darkness, against the spiritual forces of wickedness on high. Therefore, take up the armor of God, that you may be able to resist in the evil day, and stand in all things perfect. Stand, therefore, having girded your loins with truth, and having put on the breast-plate of justice, and having your feet shod with the readiness of the Gospel of peace, in all things taking up the shield of faith, with which you may be able to quench all the fiery darts of the most wicked one. And take unto you the helmet of salvation and the sword of the spirit, that is, the word of God.

R. Thanks be to God.

Graduale

Ps 89:1-2

Dómine, refúgium factus es nobis, a generatióne et progénie.

V. Priúsqvam montes fierent aut formarétur terra et orbis: a sǣculo et usque in sǣculum tu es, Deus.

Allelúia, allelúia.

Ps 113:1

In éxitu Israë́l de Ægýpto, domus Iacob de pópulo bárbaro. Allelúia.

Evangelium

Sequéntia + sancti Evangélli secúndum Matthæum

R. Glória tibi, Dómine.

Matt 18:23-35

In illo témpore: Dixit Iesus discíplis suis parábolam hanc: Assimilátum est regnum cœlórum hómīni regi, qui vóluit ratiónem pónere cum servis suis. Et cum cœpisset ratiónem pónere, oblátus est ei unus, qui debébat ei decem mília talénta. Cum autem non habéret, unde rédderet, iussit eum dóminus eius venúmdari et uxórem eius et filios et ómnia, quæ habébat, et reddi. Prócīdens autem servus ille, orábat eum, dicens: Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Misértus autem dóminus servi illíus, dimísit eum et débítum dimísit ei. Egréssus autem servus ille, invénit unum de consérvis suis, qui debébat ei centum denários: et tenens suffocábat eum, dicens: Redde, quod debes. Et prócīdens consérvus eius, rogábat eum, dicens: Patiéntiam habe in me, et ómnia reddam tibi. Ille autem nóluit: sed ábiit, et misit eum in cárcerem, donec rédderet débítum. Vidéntes autem consérvi eius, quæ fiébant, contristáti sunt valde: et venérunt et narravérunt dómīno suo ómnia, quæ facta fúerant. Tunc vocávit illum dóminus suus: et ait illi: Serve nequam, omne débítum dimisi tibi, quóniam rogásti me: nonne ergo opórtuit et te miseréri consérvi tui, sicut et ego tui misértus sum? Et irátus dóminus eius, trádidit eum tortóribus, quoadúsque rédderet univérsum débítum. Sic et Pater meus cœléstis fáciat vobis, si non remisérītis unusquísque fratri suo de córdibus vestris.

R. Laus tibi, Christe.

S. Per Evangélica dicta, deleántur nostra delícta.

Offertorium

Iob 1.1

Vir erat in terra Hus, nómine Iob: simplex et rectus ac timens Deum: quem Satan pétīit ut tentáret: et data est ei potéstas a Dómīno in facultátes et in

Gradual

Ps 89:1-2

O Lord, You have been our refuge through all generations.

V. Before the mountains were begotten and the earth and the world were brought forth, from everlasting to everlasting You are God.

Alleluia, alleluia.

Ps 113:1

When Israel went out of Egypt, the house of Jacob from a barbarous people. Alleluia.

Gospel

Continuation ✠ of the Holy Gospel according to Matthew
R. Glory be to Thee, O Lord.

Matt 18:23-35

At that time, Jesus spoke to His disciples this parable: The kingdom of heaven is likened to a king who desired to settle accounts with his servants. And when he had begun the settlement, one was brought to him who owed him ten thousand talents. And as he had no means of paying, his master ordered him to be sold, with his wife and children and all that he had, and payment to be made. But the servant fell down and besought him, saying, 'Have patience with me and I will pay you all!' And moved with compassion, the master of that servant released him, and forgave him the debt. But as that servant went out, he met one of his fellow-servants who owed him a hundred denarii and he laid hold of him, and throttled him, saying, 'Pay what you owe.' His fellow-servant therefore fell down and began to entreat him, saying, 'Have patience with me and I will pay you all.' But he would not; but went away and cast him into prison until he should pay what was due. His fellow-servants therefore, seeing what had happened, were very much saddened, and they went and informed their master of what had taken place. Then his master called him, and said to him, 'Wicked servant! I forgave you all the debt, because you entreated me. Should not you also have had pity on your fellow-servant, even as I had pity on you?' And his master, being angry, handed him over to the torturers until he should pay all that was due to him. So also My heavenly Father will do to you, if you do not each forgive your brothers from your hearts.

R. Praise be to Thee, O Christ.

S. By the words of the Gospel may our sins be blotted out.

Offertorium

Job 1.1

There was a man in the land of Hus, whose name was Job, simple, and upright, and fearing God, whom Satan besought that he might tempt: and power was

carnem eius: perdiditque omnem substantiam ipsius
et filios: carnem quoque eius gravi ulcere vulneravit.

Secreta

Suscipe, Dómine, propítius hóstias: quibus et te
placári voluísti, et nobis salutem poténti pietáte
restítui.

Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium
tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Communio

Ps 118:81; 118:84; 118:86

In salutári tuo ánima mea, et in verbum tuum
sperávi: quando fácies de persecúentibus me
iudícium? iníqui persecúti sunt me, ádiuva me,
Dómine, Deus meus.

Postcommunio

Orémus.

Immortalitátis alimóniam consecúti, quæsumus,
Dómine: ut, quod ore percépimus, pura mente
sectémur.

Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium
tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus
Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

given him from the Lord over his possessions and his
flesh; and he destroyed all his substance and his
children, and wounded his flesh also with a grievous
ulcer.

Secreta

Graciously accept these sacrificial gifts, O Lord, with
which You have willed us to find favor with You, and,
by Your mighty love, restore salvation to us.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth
and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost,
God, world without end.

R. Amen.

Communio

Ps 118:81; 118:84; 118:86

My soul pines for Your salvation; I hope in Your
word. When will You do judgment on my persecutors?
The wicked persecuted me wrongfully; help me, O
Lord my God!

Postcommunio

Let us pray.

We who have eaten the food of eternal life beseech
You, O Lord, that what we take by mouth, we may
strive after with pure minds.

Through Jesus Christ, thy Son our Lord, Who liveth
and reigneth with thee, in the unity of the Holy Ghost,
God, world without end.

R. Amen.